671. TAL

671. TALCVM *Smectis* ungue rafile, albo inquinans. *Syft. nat.* 52.
Talcum folidum femipellucidum pictorium. *Wall. min.* 129.
LOC. Garpenberg.
PHARM. TALCVM VIRIDE.
VIS:
VSVS: pictorius.
COMP.

672. TALCVM *Nephriticus* præpoliendum viride fubdiaphanum, particulis fubfibrofis. *Syft. nat.* 53.
Gypfum viride femipellucidum fiffile. *Wall. min.* 52.
LOC. Hifpania, Bohemia.
PHARM. LAPIS NEPHRITICVS *præparatus.*
VIS: dubia, ftomachica?
VSVS: Nephritis?
COMP.

## AMIANTVS.

673. AMIANTVS *plumofus* fibrofus, fibris feparabilibus flexilibus fragilibus pappofis. *Syft. nat.* 55.
Asbeftus fibris parallellis fragiliffimis vix feparabilibus. *Wall. min.* 144.
LOC. Fahluna, Dannemora.
PHARM. ALVMEN PLVMOSVM.
VIS: *interne* venenata. *Externe* irritans.
VSVS: *externe* Paralyfis.
COMP.

## MICA.

674. MICA *talcofa* lamellis flexuofis friabilibus virefcenti - albidis diaphanis. *Syft. nat.* 59.
Talcum albicans, lamellis fubpellucidis. *Wall. min.* 127.
LOC. Venetiæ.

PHARM. TALCVM ALBVM.
VIS: coſmetica.
VSVS:
COMP.

## *ARENATAE.*

### SILEX.

675. SILEX *cretaceus* vagus, cortice cretaceo, fragmentis opacis lævibus. *Syſt. nat.* 67.
Silex corneus intrinſece æqualis, duriſſimus. *Wall. min.* 77.
LOC. Scania.
PHARM. SILEX *combuſtus*.
VIS: irreſolubilis. *Fruſtranea*.
VSVS: infidus.
COMP. Fel vitri.

676. SILEX *Carneolus* vagus diaphanus unicolor ruber. *Syſt. nat.* 69.
Achates fere pellucida colore rubeſcente. *Wall. min.* 79.
LOC. Sardinia.
PHARM. LAPIS CARNEOLVS, *præparatus*.
VIS: antecedentis.
VSVS: antecedentis.
COMP.

CLAS-

## CLASSIS II.

# MINERAE.

## *SALIA.*

### NITRVM.

677. NITRVM *nativum* humoſum. *Syſt. nat.* 84.
Nitrum terra mineraliſatum. *Wall. min.* 165.
LOC. ubique in locis tectis.
PHARM. NITRVM COMMVNE. Depuratum ſ. Cryſtalli minerales. *Spiritus acidus, dulcis. Magneſia alba. Lapis prunellæ. Fixi Liquor. Antimoniatum. Arcanum duplicatum.*
VIS: acida eſſentialis, refrigerans, reſolvens, eccoprotica, antiſpasmodica, ſphacelizans.
VSVS: Febres phlogiſticæ, Inflammatio, Hydrops, Aſthma, Sitis, Stranguria, Hæmorrhagia.
COMP. *Spec.* pro ptiſana laxativa *Durieti;* Lapis medicamentoſus; Antihecticum Poterii.

678. NITRVM *Cryſtallus montana* lapidoſum quartzoſum octodecaëdrum hyalinum. *Syſt. nat.* 84.
Cryſtallus hexagona non colorata. *Wall. min.* 104.
LOC. in Saxis concavis.
PHARM. LAPIS CRYSTALLVS *præparata.*
VIS: Fruſtranea, noxia.
VSVS: noxius.
COMP. *Pulv.* Lac provocans?

679. NITRVM *Fluor* lapidoſum quartzoſum octodecaëdrum coloratum. *Syſt. nat.* 85.
α. *Hyacinthus* purpureo - fulvum.

Gemma plus minus pellucida, duritie nona, colore ex flavo rubescente, igne liquescens. *Wall. min. p.* 121. *n.* 1.
LOC. India.
PHARM. HYACINTHVS ORIENTALIS *præparatus.*
VIS:
VSVS:
COMP. *Pulv.* Bezoard. *Sennerti;* de Gutteta; Pannon. ruber. *Spec.* cordiales temperatæ; de Hyacintho; Smaragd.

β. *Amethystus* violaceum.
Gemma pellucidissima, duritie secunda, colore rubro in igne permanente. *Wall. min.* 115. *n.* 1.
LOC. Hispania, Italia, Germania.
PHARM. AMETHYSTVS ORIENTALIS *præparatus.*
VIS:
VSVS:
COMP.

## NATRVM.

680. NATRVM *fontanum* nudum fontanum saturatum. *Syst. nat.* 89.
LOC. Epsham, Seidlitz, totus Oceanus.
PHARM. SAL CATHARTICVM ANGLICVM, [EPSOMENSE, SEDLIZENSE, SEIDSCHVZENSE.]

VIS:

680. *Natri* figuram perfecte imitantur SAL MIRABILE Glaub. et POLYCHRESTVM PARISIENSE; cum autem *prius* a parte alkalina Salis comm. Ol. Vitrioli juncta, *et posterius* ab Alcali Nitri et Acido Sulphuris *componantur*, hæc ordini systematico inferere, ut artificialia, noluimus. [*Sal mirabile* reperitur omnino *nativum* partim *solutum* in variis thermis, fontibus lacubusque salsis, unde excoctum in pharmacopoliis prostat, *Salis Thermarum Carolinarum*, *Salis Teplensis*, *Salis Fridericiani aperitivi* nomine; partim *concretum* in formam pulveris vel crystallorum, in lacubus Tatariæ australis exsiccatis, *Sal catharticum Astrachanense*; in fodinis salis gemmæ passim cet.]

SAL

VIS: purgans, antacida, mundificans.
VSVS: Cachexia, Quartana.
COMP.

581. NATRVM *glaciale* lapidoſum gypſeo-ſpatoſum fuſiforme pellucidum. *Syſt. nat.* 90.
Gypſum lamellis rhomboidalibus pellucidum. *Wall. min.* 47.
LOC. Fodinæ gypſeæ Galliæ.
PHARM. LAPIS SPECVLARIS ſeu GLACIES MARIAE.
VIS: abſorbens.
VSVS: mechanicus.
COMP.

## BORAX.

682. BORAX *Tincal* nudus. *Syſt. nat.* 94.
Borax crudus cæruleſcens ſexangularis. *Wall. min.* 191.
LOC. India orientalis.
PHARM. BORAX VENETA. *Sal ſedativum.*
VIS: emmenagoga.
VSVS: Dysmenorrhœa, Dyslochia.
COMP.

683. BORAX *Gemma nobilis* lapidoſus priſmaticus pellucidus; pyramidibus truncatis. *Syſt. nat.* 94.
*α. Topazius* flavus.
Gemma pellucidiſſima, duritie quarta, colore aureo, in igne permanente. *Wall. min.* 113.



SAL ANGLICANVM obtineri poteſt ab omni Aqua marina, et non eſt artificiale ſed naturale Sal; videtur quam proxime accedere ad naturam Salis mirabilis *Glaub.* Hinc *Malouin* contendit, Sal Anglicanum eſſe compoſitum *ex Sale mirabili et Sale communi;* ac id ipſum in *Gallia* obtineri æque ac in Anglia. Ab aqua marina Bothnica obtineri compertum eſt. I. G. W. [*Sal anglicanum* a mirabili diverſiſſimum, e magneſia alba et acido vitriolico compoſitum, *ſolutum* in acidulis aliisque aquis, non vero in *omni* aqua marina, *ſiccum* cryſtallinum in ſchiſto paſſim reperitur, cujusmodi eſt *Sal alpinum helveticum* cet.]

LOC. in Fodinis Metallicis.
PHARM. TOPASIVS *præparatus*.
VIS:
VSVS:
COMP. *Species* et *Confectio* de Hyacintho.

β. *Smaragdus* viridis.
Gemma pellucidiſſima, duritie quinta, colore viridi in igne non permanente. *Wall. min.* 114.
LOC. Peruvia.
PHARM. SMARAGDVS ORIENTALIS *præparatus*.
VIS: ſuperſtitioſa, infida.
VSVS:
COMP. *Confect.* Smaragdi. *Specif.* cephalicum. *Pulv.* Bezoard. *Sennerti*; Pannon. ruber. *Spec.* de Hyacintho; cordiales temperatæ.

684. BORAX *Granatus* teſſellatus ſolidus politus ſcintillans. *Syſt. nat.* 96.
Gemma plus minus pellucida, duritie octava, colore obſcure rubro, in igne permanente. *Wall. min.* 120.
LOC. in Fodina nova Cuprimontana Sueciæ.
PHARM. GRANATVS *præparatus*.
VIS: dubia.
VSVS: infidus.
COMP.

## MVRIA.

685. MVRIA *marina* nuda marina. *Syſt. nat.* 98.
Muria marina. *Wall. min.* 169.
LOC. Mare, præſertim regionum calidarum.
PHARM. SAL COMMVNE. *Spiritus acidus.* dulcis.
VIS: ſtomachica, aphrodiſiaca, calefaciens.

VSVS:

685. *Spiritus Salis dulcis* cum charta emporetica caute applicatus, hirſutiem tollit et crines exſtirpat, *auctore Nobiliſſimo Viro, Dno Archiatro* ROSEN.

VSVS: Stomacace *decrepitatum*. Perniones ♎.
COMP.

686. MVRIA *fontana* nuda fontana. *Syst. nat.* 98.
Muria fontana. *Wall. min.* 180.
LOC. Fontes salsi passim per Europam.
PHARM. SAL COMMVNE.
VIS: præcedentis.
VSVS: præcedentis.
COMP.

687. MVRIA *montana* nuda fossilis. *Syst. nat.* 98.
Muria fossilis pura. *Wall. min.* 168.
LOC. Polonia, Hungaria.
PHARM. SAL GEMMAE.
VIS: antecedentis.
VSVS: œconomicus.
COMP. *Elect.* Benedict. laxativum. *Pulv.* ad suppositoria. *Vngu.* de Arthanita.

## ALVMEN.

688. ALVMEN *commune* Schisti. *Syst. nat.* 101.
Alumen lapide fissili mineralisatum. *Wall. min.* 173.
LOC. Scania, Oelandia, Westrogothia.
PHARM. ALVMEN CRVDVM. *Vstum. Spiritus. Phlegma.*
VIS: acida, coagulans, adstringens, sophisticans.
VSVS: *extern.* Stomacace, Prolapsus, Sarcoma, Vlcus, Hæmorrhagia, Ophthalmia.
COMP. *Lapis* medicamentosus, *Empl.* de Spermate Ranarum. *Tinct.* Gummi Laccæ. *Vngu.* Aegyptiacum. *Pulv.* dentifricii.

689. ALVMEN *romanum* Marmoris. *Syst. nat.* 102.
Alumen lapide calcario mineralisatum. *Wall. min.* 174.
LOC. Italia.
PHARM. ALVMEN ROCHAE.

VIS:

VIS: antecedentis.
VSVS: rarior.
COMP.

690. ALVMEN *Gemma pretiosa* lapidosum pellucidissimum solidissimum. *Syst. nat.* 102.

α. *Rubinus* rubrum.
Gemma pellucidissima, duritie secunda, colore rubro in igne permanente. *Wall. min.* 111.
LOC. Insula Zeylona.
PHARM. RVBINVS ORIENTALIS *præparatus.*
VIS:
VSVS:
COMP. *Pulv.* Pannonicus ruber; Bezoard. *Sennerti.*

β. *Sapphirus* cæruleum.
Gemma pellucidissima, duritie tertia, colore cæruleo in igne fugaci. *Wall. min.* 112.
LOC. Silesia, Bohemia.
PHARM. SAPPHIRVS ORIENTALIS *præparatus.*
VIS:
VSVS:
COMP. *Spec.* Cordial. temperatæ; de Hyacintho; *Pulv.* Pannon. ruber. *Confect.* Smaragdi; de Hyacintho.

## VITRIOLVM.

691. VITRIOLVM *martis* ferri viride hexaëdrum, *Syst. nat.* 104.
Vitriolum ferri viride nativum. *Wall. min.* 166.
LOC. passim in Pyritis et Fodinis ferri.
PHARM. VITRIOLVM MARTIS COMMVNE. *Tartarus vitriolatus Tachenii.* Holmensis. °o°, ⎍, Colcothar.
VIS: acida, coagulans, anthelminthica, vomitoria, adstringens.

VSVS:

691. *Vitriolum Martis artificiale* e Limat. Ferri et Ol. Vitrioli paratur, Solutione et Crystallisatione.

VSVS: Hæmorrhagia, Vlcus, Febres putridæ.
COMP. *Pilulæ* de gummatibus. *Pulv.* ad vermes.

692. VITRIOLVM *cyprium* cupri cæruleum dodecaëdron. *Syst. nat.* 104.
Vitriolum cupri cæruleum nativum. *Wall. min.* 165.
LOC. e Cypro adportatur.
PHARM. VITRIOLVM CYPRIVM.
VIS: corrosiva, coagulans, cathæretica. *Externa.*
VSVS: *extern.* Hæmorrhagia, Vulnus, Sarcoma.
COMP. Lapis medicamentosus. *Pulv.* sympath. Digb.

693. VITRIOLVM *album* zinci album dodecaëdron prismaticum. *Syst. nat.* 104.
Vitriolum zinci album nativum. *Wall. min.* 167.
LOC. Hercynia.
PHARM. VITRIOLVM ALBVM.
VIS: adstringens.
VSVS: Ophthalmia.
COMP. *Empl.* Diapalma; de Spermate Ranarum, Sticticum. Theriaca Andromachi.

694. VITRIOLVM plumbi album.
LOC. Sponte in Fodinis plumbi; *sed parcissime, hinc ars illud imitatur.*
PHARM. SACCHARVM SATVRNI.
VIS: exsiccans, obtundens.
VSVS: Erysipelas, Ophthalmia, Vlcus, Gonorrhœa.
COMP. *Empl.* Opodeldoch; *Vngu.* Nihili.

# *SVLPHVRA.*

## AMBRA.

695. AMBRA *ambrosiaca* grisea. *Syst. nat.* 101. *Rumph. mus.* 262. *t.* 53. 54.

Ambra

692. Vitriolo huic simillimæ Crystalli, vel sic dicti *Flores viridis æris*, ab aceto et viridi æris conficiuntur, solutione et crystallisatione, colore saturato viridi gaudentes.

694. A Calce Plumbi et Aceto destillato obtinetur, coctione et solita crystallisatione, *Saccharum Saturni artificiale.*

Ambra variegata. *Wall. min.* 204.
LOC. Mare, præſertim Indiæ orientalis.
PHARM. AMBRA GRISEA. *Eſſentia.*
VIS: ambroſiaca, nervina, analeptica, aphrodiſiaca, excitans, a contagiis præſervans.
VSVS: Scabies, Debilitas, Hypochondriaſis.
COMP. *Elix.* vitæ. *Balſam.* Apoplect. *Confect.* Alkermes compl. de Hyacintho; *Pulv.* Cachecticus; *Spec.* Aromat. roſatæ; Cordiales temperatæ; de Hyacintho; *Troch.* de Gall. Moſchata; *Maſſa* ad fornacem.

696. AMBRA *vulgatior* unicolor fuſco-nigricans. *Syſt. nat.* 107.
Ambra unicolor albeſcens, citrina, fuſca ſ. nigra. *Wall. min.* 205.
LOC. præcedentis.
PHARM. AMBRA NIGRA.
VIS: præcedentis, ſed odore inferior.
VSVS: præcedentis.
COMP. præcedentis.

## SVCCINVM.

697. SVCCINVM *electricum. Syſt. nat.* 108.
Succinum pellucidum aut opacum. *Wall. min.* 200. 201.
LOC. Mare Balticum.
PHARM. SVCCINVM ALBVM vel CARABE CITRINVM. *præparat. Sal, Oleum, Balſam. Tinctura.*
VIS: calefaciens, ſiccans, roborans, antihyſterica! ſudorifera, emmenagoga.
VSVS: fumus in Catarrhis.
COMP. *Empl.* Diaphoret. Opodeldoch; Catagmaticum; Sticticum. *Spec.* Cephalicum. *Pulv.* Bezoard. *Sennerti* Cachecticus; pro Epithemate cordis.

cordis. *Species* Diamoſchi dulces. *Trochiſci* Alkekengi; de Carabe.

## BITVMEN.

98. BITVMEN *Petroleum* liquidiuſculum fuſco-ruſeſcens. *Syſt. nat.* 109.
Bitumen liquidum craſſius obſcure brunneum. *Wall. min.* 194.
LOC. Rættwik Dalekarliæ.
PHARM. PETROLEVM ſ. OLEVM PETRAE NATIVVM *rubrum, album.*
VIS: expectorans.
VSVS: Colica Pictonum! Dolores oſteocopi, Tænia!
COMP. *Empl.* carminativum.

99. BITVMEN *Mumia* ſubfriabile piceum. *Syſt. nat.* 110.
Mumia mineralis. *Haſſelq. it.* 537. *Kæmpf. amœn.* 516.
LOC. Perſia.
PHARM. MVMIA PERSICA nativa.
VIS: vulneraria!
VSVS: rariſſimus.
COMP.

00. BITVMEN *Aſphaltum* friabile atrum. *Syſt. nat.* 110.
Bitumen ſolidum coagulatum. *Wall. min.* 195.
LOC. Oelandia.
PHARM. ASPHALTVM ſeu BITVMEN IVDAICVM.
VIS:
VSVS: *extern.* Vlcera ſordida.
COMP. Theriaca Androm. *Troch.* Cypheos pro Mithridatio.

## PYRITES.

01. PYRITES *nativus* nudus diaphanus. *Syſt. nat.* 113.
Sulphur nativum purum flavum. *Wall. min.* 205.

LOC.

LOC. Russia.
PHARM. SVLPHVR VIVVM.
VIS: sequentis.
VSVS: sequentis.
COMP.

702. PYRITES *Ferri* mineralisatus amorphus scintillans. *Syst. nat.* 115.
Sulphur ferro mineralisatum, minera difformi pallide flava nitente. *Wall. min.* 208.
LOC. Dylta Nericiæ.
PHARM. SVLPHVR CITRINVM. *Oleum Stillatitium. Spiritus per campan. Griseum v. Caball. Hepar, Tinctura, Flores, Balsamum, Terra rubra. Lac.*
VIS: expectorans, diaphoretica, inquinans, eccoprotica.
VSVS: Tussis, Scabies.
COMP. Sulphurata. *Bals.* Anisatum, Fœniculatum, Iuniperatum, Terebinthinatum, Succinatum.

703. PYRITES *Auripigmentum* nudus flavus micis auratis. *Syst. nat.* 113.
Arsenicum sulphure, lapide spatoso et micaceo mineralisatum, minera flavescente. *Wall. min.* 226.
LOC. Hungaria, India orientalis.
PHARM. AVRIPIGMENTVM.
VIS: mechanica.
VSVS: pictorius.
COMP.

## ARSENICVM.

704. ARSENICVM *nudum* nudum crystallinum purum. *Syst. nat.* 117.
Arsenicum album. *Wall. min.* 223.

LOC.

704. [*Arsenicum* quatenus in aqua solvitur et crystallisatur, Salibus; quatenus acido constat et phlogisto, Sulphuribus; quatenus regulum dat, Metallis adnumerari potest.]

LOC. Germania.
PHARM. ARSENICVM album. *Citrinum.*
VIS: maxime corrosiva. (*Præstat non uti*).
VSVS: Febr. intermittens, noxius. [Carcinoma.]
COMP.

705. ARSENICVM *Sandaraca* nudum rubrum. *Syst. nat.* 117.
Arsenicum sulphure mixtum rubrum. *Wall. min.* 224.
LOC. Hungaria, Turcia.
PHARM. ARSENICVM Rubrum.
VIS: corrosiva.
VSVS: noxius.
COMP.

# *METALLA.*

## HYDRARGYRVM.

706. HYDRARGYRVM *virgineum* nudum fluidum. *Syst. nat.* 119.
Hydrargyrum nativum. *Wall. min.* 218.
LOC. Hungaria.
PHARM. MERCVRIVS f. ARGENTVM VIVVM.
1. *depuratum.*

PRAEPARATA.

2. *Aethiops min.* fit ex 1. et Sulphure, *trituratione.*
3. *Merc. Sublim. corrosiv.* ex 1. Aqua forti et Sale comm. decrep. *Sublimatione.*
4. - - *dulcis:* ex 3. et Mercur. vivo, tripla *Sublimatione.*
5. *Merc. præcipit. albus:* ex 1. in Aqua forti soluto, *præcipitatione* c. Sale muriatico.
6. - - *ruber.* Priori Solutione *evaporata, reverberetur residuum.*
7. - - *viridis:* ex 1. et Cupro in Aqua forti solutis, *evaporatione* et *digestione* c. aceto.

8. *Merc. luteus* f. *Turpethum minerale:* ex 1. et Ol. vitrioli, *Solutione* et *præcipitatione* c. Oleo tartari per deliqu.
9. *Arcan. corallinum:* ex 6. et Alkohol vini quadrupl.
10. *Panacea Lemmeriana:* ex 4. octies iterata *Sublimatione.*

VIS: fialagoga! anthelminthica!
VSVS: Syphilis, Infecta, Scirrhus.
COMP. *Vngu.* Pediculorum; *Emplastr.* de Ranis c. Mercur.

707. HYDRARGYRVM *Cinnabaris* mineralifatum pyriticofum fibrofum. *Syst. nat.* 119.
Hydrargyrum fulphure mineralifatum, minera rubra. *Wall. min.* 219.
LOC. Hungaria.
PHARM. CINNABARIS NATIVA. *præparata.*
VIS: Hydrargyri; fed minus folubilis.
VSVS: antecedentis.
COMP. *Specific.* Cephalicum.

## MOLYBDAENVM.

708. MOLYBDAENVM *Plumbago* tritura cærulefcente. *Syst. nat.* 121.
Mica pictoria nigra manus inquinans. *Wall. min.* 126.
LOC. Finlandia.
PHARM. PLVMBAGO.
VIS: mechanica.
VSVS: pictorius.
COMP.

STI-

707. Cinnabaris Antimonii *post destillationem Butyri, aucto ignis gradu obtinetur;* Cinnabaris vero factitia, *a Merc. viv. et Sulphure sublimatur.*

## STIBIVM.

709. STIBIVM *ſtriatum* mineraliſatum fibroſum plumbicolorum. *Syſt. nat.* 123.

Antimonium ſulphure mineraliſatum. *Wall. min.* 238.

LOC. Gallia.

PHARM. MINERA ANTIMONII Hungarica.

1. ANTIMONIVM CRVDVM.

PRAEPARATA.

2. *Antim. Butyrum:* ex Mercur. ſublimat. corroſivo et 1. *deſtillatione.*
3. - - *Regulus:* ex 1. Nitro et Tartaro liquatis, coni fuſorii *vibratione* ſubſideat.
4. - - *Sulphur auratum:* ex Reguli praeced. Scoriis, in Aqua coctis, *præcipitatione* cum Acido.
5. - - *Flores albiſſ.* ex 1. in Aqua Regis ſoluto et *præcipitato* Aqua pura.
6. - - *Flores rubri:* ex 1. et Sale Ammon. *præcipitatione* et *lotione* Aqua.
7. - - *Clyſſus ſ. Spirit.* ex 1. Nitro et Sulphure, *deſtillatione.*
8. - - *Diaphoreticum:* ex 1. et Nitro, *detonatione.*
9. - - *Hepar:* ex 1. et Nitro.
10. - - *Regulus Martialis:* ex 1. et Ferro, *liquatione* et *detonatione* cum Nitro.
11. - - *Diaphoret. Mart. Ludov.* ex 1 et Ferro, *liquatione detonatione* cum Nitro et *edulcoratione.*
12. - - *Vitrum:* ex 1. *calcinatione.*
13. - - *Tinctura:* ex anteced. et Spiritu æruginis, *digeſtione.*
14. - - *Ceruſſa:* ex 3. et Nitro, *detonatione* et *edulcoratione.*

VIS: evacuans, pellens.

VSVS: [Arthritis,] Dolor osteocopus, Vlcus, Scabies, Lippitudo.

COMP. *Mercurius vitæ correctus*: ex 2. Aquæ puræ instillato et *subsidentia* præcipitato. *Bezoardicum minerale*: ex 2. vel 4. et Spiritu Nitri, *digestione*, *evaporatione* et *reverberatione*. *Crocus Metallorum*: ex 9. *coctione* in Aqua pura et *præcipitatione* aceto vini. *Aqua Benedicta Rulandi*: ex 12. et vino, *infusione*.

## ZINCVM.

710. ZINCVM *mineralisatum* mineralisatum compactum subsquamosum. *Syst. nat.* 125.

Zincum sulphure plumbo s. ferro mineralisatum obscurum, particulis micantibus. *Wall. min.* 247.

LOC. Rettwik Dalekarliæ.

PHARM. ZINCVM. *Flores*, *Nihilum album*.

VIS: (*Flores*) [antispasmodica.] *externe* exsiccans.

VSVS: Vlcus, Lippitudo, Intertrigo!

COMP.

711. ZINCVM *Calaminaris* subterreum lapidescens. *Syst. nat.* 126.

Zinci minera terrea, colore flavescente s. fusco. *Wall. min.* 247.

LOC. Polonia, Hungaria.

PHARM. LAPIS CALAMINARIS s. CADMIA FOSSILIS. *Tutia*.

VIS: antecedentis.

VSVS: Erysipelas *externe*.

COMP. *Empl.* de Lap. calaminari; Opodeldoch; defensivum; sticticum.

VIS-

## VISMVTVM.

712. VISMVTVM *nativum* nudum. *Syſt. nat.* 128.
Viſmutum nativum. *Wall. min.* 242.
LOC. Germania.
PHARM. BISMVTVM ſ. MARCASITA. *Magiſterium.*
VIS: dubia; (*præcipitati*) coſmetica.
VSVS:
COMP.

## COBALTVM.

713. COBALTVM *arſenicale* ferro et arſenico metalliformi mineraliſatum. *Syſt. nat.* 129.
Cobalti minera diverſimode figurata. *Wall. min.* 226.
LOC. Los Helſingiæ, Saxonia.
PHARM. CADMIA METALLICA ſ. COBALTVM. *Cæruleum factitium. Smaltum.*
VIS: Arſenici, debilior.
VSVS:
COMP.

## STANNVM.

714. STANNVM *cryſtallinum* teſſeris cryſtallinis. *Syſt. nat.* 130.
Stannum ferro et arſenico mineraliſatum, minera cryſtalliſata polyëdra. *Wall. min.* 202.
LOC. Persberg Sueciæ.
PHARM. STANNVM Anglicanum. *Bezoarticum joviale.*
VIS: anthelminthica?
VSVS:

 COMP.

713. [*Cadmia metallica* ſæpius eſt Arſenicum metallicum ſeu regulus Arſenici.]

COMP. Antihecticum *Poterii;* Aurum et Argentum musicum.

## PLVMBVM.

715. PLVMBVM *nativum* nudum. *Syst. nat.* 132.
Plumbum nativum. *Wall. min.* 272.
LOC. Germania.
PHARM. PLVMBVM. *ustum. Ochra factit. Lithargyrium: Auri, Argenti, acet. Cerussa. Minium.*
VIS: exsiccans, obtundens, adstringens, obstipans.
VSVS: Dolor osteocopus, Rheumatismus, Vlcus.
COMP. *(ustum) Vngu.* de Tutia.

## FERRVM.

716. FERRVM *selectum* retractorium nigrans, particulis subimpalpabilibus solidescens. *Syst. nat.* 137.
Ferrum mineralisatum, minera cinereo-nigra, magneti amica. *Wall. min.* 256. *n.* 1.
LOC. Dannemora.
PHARM. CHALYBS, Limatura. *Crocus adstringens*
*Ferrugo.* *aperitivus.*
*Præparatus, Tinctura aperitiva. Scoriæ præp. Sapa.*
VIS: tonica, adstringens, antacida.
VSVS: Cachexia, Hypochondriasis, Diarrhœa, Chlorosis, Dysmenorrhœa.
COMP.

717. FERRVM *Smiris* retractorium rubricosum vitrum arans. *Syst. nat.* 139.
Ferrum mineralisatum, minera durissima rapaci solida magneti retractoria. *Wall. min.* 267.
LOC. Europa australior.
PHARM. LAPIS SMIRIS.

VIS:
VSVS: mechanicus.
COMP.

718. FERRVM *Haematites* intractabile rubricans glandulosum, fragmentis concentratis. *Syst. nat.* 140.
Ferrum mineralisatum, minera figurata rubra s. tritura rubente. *Wall. min.* 249.
LOC. Anglia, Germania.
PHARM. LAPIS HAEMATITES. *præparatus.*
VIS:
VSVS: Febres intermittentes.
COMP. *Emplastr.* ad Rupturas, Sticticum.

719. FERRVM *Magnes* attractorium. *Syst. nat.* 142.
Ferrum mineralisatum, minera ferrum trahente ac repellente et polos mundi ostendente. *Wall. min.* 262. *n.* 1.
LOC. Lapponia, Gagne.
PHARM. LAPIS MAGNES. *præparatus.*
VIS: Ferri.
VSVS: Colica?
COMP. *Empl.* Sticticum; Opodeldoch.

## CVPRVM.

720. CVPRVM *nativum* nudum mineræ inhærens. *Syst. nat.* 143.
Cuprum nativum granulatum. *Wall. min.* 276.
LOC. Klewa Smolandiæ, Riddarhyttan.
PHARM. AES. Squamæ. *Crocus.*
*Vstum.*
*Viride.* *Spiritus.*
VIS: corrosiva, *interne* caute.
VSVS: Ophthalmia.
COMP. *Aqua* ophthalmica sapphirina *Schrœderi.*

721. CVPRVM? *Lazuli* cæruleum ſcintillans. *Syſt. nat.* 145.
Iaſpis colore cæruleo et alio mixto, cuprifer. *Wall. min.* 91.
LOC. Aſia et Africa.
PHARM. LAPIS LAZVLI *præparatus.*
*Vltramarin.*
VIS:
VSVS:
COMP. *Confectio* Alkermes.

722. CVPRVM *Armenus* cæruleum calcarium. *Syſt. nat.* 146.
LOC. Europa *auſtralis*, Armenia, Hungaria.
PHARM. LAPIS ARMENVS *verus præparatus.*
*Cæruleum montanum.*
VIS:
VSVS: mechanicus.
COMP

## ARGENTVM.

723. ARGENTVM *nativum* nudum. *Syſt. nat.* 148.
Argentum nativum. *Wall. min.* 307.
LOC. Brattfors Wermelandiæ.
PHARM. ARGENTVM foliatum. *In conchis.*
*Lapis infernalis. Bezoard. Lunare.*
*Tinctura Lunae.*
VIS: politica.
VSVS: Oeconomicus.
COMP. *Species* cordiales temperatæ; de Hyacintho. *Confect.* de Hyacintho.

AVRVM.

## AVRVM.

24. AVRVM *nativum* nudum. *Syst. nat.* 151.
Aurum nativum. *Wall. min.* 321.
LOC. Smolandia.
PHARM. AVRVM foliatum. *In conchis. Fulminans. Bezoardicum solare.*
VIS: antecedentis.
VSVS: antecedentis.
COMP. *Confect.* de Hyacintho. *Pulv.* Bezoard. *Sennerti*, Epilepticus; de Gutteta. *Species* de Hyacintho; cord. temper.



## CLASSIS III.

# FOSSILIA.

## *PETRIFICATA.*

### HELMINTHOLITHVS.

725. HELMINTHOLITHVS *Iudaicus* obovatus crenulato-ſtriatus ſubpetiolatus. *Syſt. nat.* 165.
Lapis judaicus. *Imperat. nat.* 745. *f.* 1-4.
LOC. Scania.
PHARM. LAPIS IVDAICVS. *præparatus.*
VIS: Spati.
VSVS:
COMP.

726. HELMINTHOLITHVS *Belemnites* Alcyonii Lyncurii. *Syſt. nat.* 170.
Lapis lyncis. *Gesn. lat.* 92. *Rumph. muſ. t.* 50. *f.* 1-5.
LOC. Europa auſtralis, Scania.
PHARM. LAPIS LYNCIS ſ. LYNCVRIVS. *præparatus.*
VIS: calcaria.
VSVS: exoletus.
COMP.

## *CONCRETA.*

### CALCVLVS.

727. CALCVLVS *Bezoar* gaſtricus ſolidus tunicatus. *Syſt. nat.* 176.
Calculus animalium caprini generis, cruſtaceus. *Wall. min.* 417.
LOC. Ventriculi plicæ in Capris.

PHARM.

PHARM. LAPIS BEZOAR α) ORIENT. *Tinctura.*
β) OCCIDENTALIS.
VIS: diaphoretica, alexipharmaca.
VSVS: Febres exanthematicæ.
COMP. *Pulv.* Bezoard. *Sennerti.*

728. CALCVLVS *fellis* felleus. *Syst. nat.* 177.
γ. Erinacei malaccenſis.
Lapis malaccenſis. *Cluſ. exot.* 217.
LOC. India.
PHARM. LAPIS PORCINVS ſ. MALACCENSIS.
VIS:
VSVS: Icterus.

729. CALCVLVS *Margarita* conchylii. *Syst. nat.* 177.
Calculus animalium concharum. *Wall. min.* 412.
LOC. Teſtæ Myæ *margaritiferæ apud noſtrates.*
PHARM. MARGARITAE α) ORIENTALES.
β) OCCIDENTALES.
VIS: calcaria, abſorbens.
VSVS: Acidum ſpontaneum.
COMP. Saccharum Perlatum. *Confect.* de Hyacincintho. *Specif.* Cephal. *Pulv.* Bezoard. *Sennerti*, Cachecticus, Epilepticus, Pannonicus ruber. *Species* cordiales temp: de Hyacintho, Diamargaritar. frigid. Diamoſchi dulces, Diarrhodon. Abbatis.

## TARTARVS.

730. TARTARVS *vini* vini. *Syst. nat.* 178.
Tartarus. *Wall. min.* 181.
LOC. Dolia vini.

PHARM.

728. [Vel potius *Hyſtricis criſtatæ*].

PHARM. TARTARVS. Albus. Ruber.
*Spiritus Oleum deſt. p. deliqu.*
*Cremor.*
*Calcinat. ad albed. Tartariſat.*
Terra foliata.

VIS: acida, eccoprotica.
VSVS: Febris calida.
COMP. (*Cremor*). Paſſulæ laxativæ. *Pulv.* polychreſt de tribus. *Species* diajalappæ. *Syrupus* Fol. Sennæ.

## AETITES.

731. AETITES *aquilinus* embryone libero lapilluloſo. *Syſt. nat.* 179.
Lithotomi cavitate latente donati. *Wall. min.* 407. *n.* 1.
LOC. Helvetia.
PHARM. LAPIS AETITES ſ. AQVILAE.
VIS: ſuperſtitioſa.
VSVS: Partus difficilis?
COMP.

## PVMEX.

732. PVMEX *Vulcani* Schiſti niger. *Syſt. nat.* 181.
Porus igneus lapidis Asbeſti. *Wall. min.* 328.
LOC. Montes ignivomi.
PHARM. LAPIS PVMEX.
VIS: mechanica.
VSVS: Tartarus, dentium.
COMP. *Pulv.* ad dentifricia.

## TOPHVS.

733. TOPHVS *Oſteocolla* calcarius ſubcylindricus perforatus. *Syſt. nat.* 189.

Petri-

Petrificatum vegetabile radicis arborum vel plantarum. *Wall. min.* 335.
LOC. Marchia Electoralis Prussiæ nova.
PHARM. LAPIS OSTEOCOLLA cruda. *præparata.*
VIS: adstringens.
VSVS: Fracturæ.
COMP.

# *TERRAE.*

## OCHRA.

734. OCHRA *Ferri* ferri pulverea lutea. *Syst. nat.* 192.
Ferri terra præcipitata non mineralisata. *Wall. min.* 205.
LOC. ubique ad acidulas et in paludibus.
PHARM. OCHRA NATIVA f. FOSSILIS.
VIS: adstringens, exsiccans.
VSVS: *externus.*
COMP.

735. OCHRA *Aeris* Cupri pulvera viridis. *Syst. nat.* 192.
Cuprum solutum et corrosum præcipitatum viride. *Wall. min.* 278 *n.* 3.
LOC. ad Fodinas cupri frequens.
PHARM. VIRIDE MONTANVM.
VIS: cupri.
VSVS: pictorius.
COMP.

## ARGILLA.

736. ARGILLA *lemnia* incarnata fracturis glaberrimis. *Syst. nat.* 201.
Terra lemnia *Dal. pharm.* 20. *n.* 2.
LOC. Lemnus.

PHARM.

PHARM. TERRA LEMNIA.
VIS: plaſtica, exſiccans.
VSVS: exoletus.
COMP. *Elect.* Diaſcord. *Theriaca* Androm. *Confect.* de Hyacinth.

737. ARGILLA *tripolitana* ſcabra nitidula flaveſcens inquinans. *Syſt. nat.* 202.
Glarea indurata cohærens aſpera. *Wall. min.* 33.
LOC. in Fodinis Mauritaniæ.
PHARM. TERRA TRIPOLITANA.
VIS: abſorbens.
VSVS: mechanicus, Intertrigo.
COMP.

738. ARGILLA *Bolus* ore liqueſcens. *Syſt. nat.* 203.
Argilla pinguis. *Wall. min.* 19.
α. *alba.*
Bolus alba. *Dal. pharm.* 19. *n.* 8.
LOC. Goldberga, Turcia.
PHARM. BOLVS ALBA. *Terra ſigill. alba ſ. Melitenſ. Turcica.*
β. *flava.*
Bolus flava.
LOC. Sileſia.
PHARM. TERRA SIGILLATA CITRINA. *Sileſiaca ſ. Strigonienſis.*
γ. *rubra.*
Bolus armena. *Dal. pharm.* 19. *n.* 1.
LOC. Perſia, Armenia, Gallia, Germania.
PHARM. BOLVS ARMENA.
RVBRA. *Terra ſigillata rubra.*
δ. *viridis.*
LOC. Smyrna.
PHARM. TERRA VIRIDIS.

VIS: plaſtica, exſiccans.
VSVS: exoletus.
COMP. γ) *Elect.* Diaſcord. *Cerat.* Santalin. *Spec.* et *Confect.* de Hyacinth. *Pulv.* Dyſent. Pannon. rub. *Trochiſc.* Alkekengi. *Empl.* Cataginat. Lapis medicamentoſus.

739. ARGILLA *Vmbra* humoſa fuſca inquinans. *Syſt. nat.* 204.
Vmbra fuſca. *Wall. min.* 9.
LOC. Europa.
PHARM. VMBRA ſ. VMBRICA.
β. Vmbra obſcure fuſca. *Wall. min.* 8.
LOC. Colonia.
PHARM. TERRA COLONIENSIS.
VIS:
VSVS:
COMP.

## CALX.

740. CALX *Creta* ſolubilis impalpabilis cohærens. *Syſt. nat.* 206.
Creta cohærens ſolida. *Wall. min.* 8.
LOC. Montes Galliæ, Angliæ, Daniæ.
PHARM. CRETA. *Pulveriſata, lota.*
VIS: calcaria, abſorbens.
VSVS: Acidum ſpontaneum, Soda.
COMP.

741. CALX *Gur* fixa impalpabilis farinoſa. *Syſt. nat.* 207.
Creta friabiliſſima leviſſima non cohærens alba. *Wall. min.* 11.
LOC. Germania, Helvetia.
PHARM. LAC LVNAE ſ. STENOMARGA.

VIS:

VIS: abſorbens, lactifera.
VSVS:
COMP.

## HVMVS.

742. HVMVS *damaſcena* vegetabilis ochraceo-rufa. *Syſt. nat.* 211.
Humus rubra obſcure rubeſcens. *Wall. min.* 8.
LOC. Anglia.
PHARM. TERRA ANGLICANA.
VIS:
VSVS: pictorius.
COMP.

## *APPENDIX.*

743. SAL AMMONIACVM. *Wall. min.* 187.
LOC. Italia.
PHARM. SAL AMMONIACVM. *Spiritus volatilis, acidus.*
VIS: incidens.
VSVS: Febres.

IN-

# INDEX

## GENERVM.



V

Cap.

Ferula

# INDEX

## NOMINVM OFFICINALIVM.

## I. *ANIMALIA.*



F. For-

## II. *VEGETABILIA.*

Burſa

Napus

Rhapon-

Stramo-

III. *LA-*

# III. LAPIDES.



S. Saccha-

F I N I S.



# MANTISSA

EDITIONI QVARTAE

# MATERIAE MEDICAE

B. EQV. A LINNÉ

ADIECTA

A

D. IO. CHRIST. DAN. SCHREBERO.



ERLANGAE

SVMTIBVS WOLFGANGI WALTHERI,

CIↃ IↃ CCLXXXII.

Tandem e prelo exiit *Supplementum Generum et Specierum Plantarum*, a Celeberimo LINNEO *Fil.* e schedis tam paternis quam propriis Brunsvigæ editum, ab rei herbariæ studiosis diu exspectatum. In hoc aureo libro varia reperiuntur momenta, quæ, si citius in manus meas pervenisset, effecissent, ut *Materia medica* b. *a* LINNÉ me editore quartum nuperrime recusa, cum emendatior tum auctior prodiisset. Hæc itaque ex illo excerpsi, et, adjecta Aristolochia trilobata, quæ etiam novæ editioni inferenda fuisset, hoc supplemento exhibeo. Dab. Erlangæ d. 1. Maji MDCCLXXXII.

# REGNVM
# VEGETABILE.

## CLASSIS II.

# DIANDRIA.

## *TRIGYNIA.*

*Pag. 44. n. 92. del. verba:* PIPER caudatum; *et substituantur sequentia:*

92. PIPER *Cubeba* foliis oblique ovatis oblongisve venosis acutis, spicis solitariis oppositifoliis pedunculatis, fructibus pedicellatis. *Suppl. pl.* 90.

✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻

## CLASSIS IV.

# TETRANDRIA.

## *MONOGYNIA.*

*Pag. 58. del. annotatio 125.*



CLASSIS V.

# PENTANDRIA.

## MONOGYNIA.

*Pag. 67. post n. 150. inseratur:*

470. CONVOLVULUS *scoparius* fruticosus erectus glaber, ramis virgatis, foliis sessilibus linearibus, racemo terminali, pedunculis subtrifloris. *Suppl. pl.* 135.

LOCUS: Insula Barrancas. *Frutex.*

PHARM. RHODIUM Lignum *verum?*

QUAL. *Lign.* album, durum, striis radiantibus. *Rasura* rosea, acriuscula.

VIS etc. *vid. p.* 194. *sub n.* 470.

*Pag. 68. post n. 151. inseratur:*

### PSYCHOTRIA.

744. PSYCHOTRIA *emetica* herbacea procumbens, foliis lanceolatis glabris, stipulis extrafoliaceis subulatis, capitulis axillaribus pedunculatis paucifloris. *Suppl. pl.* 144.

Ipecacuanha. *Pis. brasil.* 101? *Marg. brasil.* 17?

LOC. Regni Mexicani provincia Gironensis.

PHARM. IPECACUANHAE VULGARIS Radix?

OBS. Hanc veram esse Ipecacuanham creditur testimonio rhizotomi cujusdam Mexicani, qui Ipecacuanham venalem (quam saepius collegerat in Simiti, ubi copiose crescit, et e Mompoxia emporio in Europam evehitur) certo se novisse asseverabat; referente Cl. MUTIS, Bota-

Botanico celeberrimo, cui permultarum Mexicanarum plantarum notitiam debemus.

*Ad p.75. n.170. addatur sequens adnotatio:*

Hanc a Str. Nuce vomica non esse diversam, Botanici in India degentes contendunt.

Ligna colubrina vulgo adpellantur apud Indos omnia illa ligna, quae aquam in pocula inde tornata infusam pura amaritie imprægnant, et antidota putantur. Hinc in officinis pharmaceuticis ligna diversa nomine *Ligni Colubrini* inveniuntur, interdum majoris, interdum nullius efficaciæ. *Suppl. pl.* 149.

*P. ead. transponatur n. 169. post n. 170. præfixo nomine:*

## IGNATIA.

169. IGNATIA *amara.* *Suppl. pl.* 149.

LOC. India.

VIS: *del.* subemmenagoga.

VSVS: Morbi ventriculi, Febres exacerbantes, intermittentes, Morbi evacuatorii ab atonia orti, soporosi cet. *ex mente Indorum.*

*Pag. ead. n. 171. lin. 3. del. f. 331.*

*Pag. 80. post n. 183. inseratur:*

## ECHITES.

745. ECHITES *syphilitica* foliis ovatis subpetiolatis costatis, paniculis dichotomis, floribus spicatis. *Suppl. pl.* 167.

LOCVS: Surinamum. *Frutex.*

PHARM. ECHITIS SYPH. Herba, *Decoctum*

QVAL. lactescens. *Eximia.*

VSVS: Syphilis!

# DIGYNIA.

*P. 81. post n. 185. inseratur:*

## ASCLEPIAS.

746. ASCLEPIAS *asthmatica* fruticosa volubilis hirsuta, foliis oppositis petiolatis cordato-ovatis supra glabris integerrimis, umbellis paucifloris. *Suppl. pl.* 171.

Asclepias zeylanica, vincetoxici radice praestantiore. *Burm zeyl.* 36. *Linn. zeyl.* 490.

Apocynum zeylanicum scandens, foliis laurinis. *Herm. prodr.* 413. Manughawæl *Zeyl.*

LOC. Zeylonæ silvæ. *Frutex peregrinus.*

PH. ASCLEP. ASTHM. Radix, *Decoctum*, *Syrupus.*

QVAL. subdulcis acriuscula subnauseosa, odore Vincetoxici. *Herm.* *Eximia.*

VIS: incidens, expectorans, eccoprotica, subemetica. *Herm.*

VSVS: Tussis. *Herm.* Asthma serosum. *Linn.*

# TRIGYNIA.

*Pag. 99. ante n 234. inseratur:*

## SEMECARPVS.

493. SEMECARPVS. *Suppl. pl.* 182. Anacardium primum. *Bauh. pin.* 511.

LOC. Deserta & silvatica arida Indiæ orientalis. *Arbor, peregrina.*

PH. ANACARDII ORIENTALIS Fructus.

QVAL. &c. *vid. p.* 181. *n.* 439. *ubi lin.* 1-7. *delendæ sunt.*

CLAS-





CLASSIS VI.

# HEXANDRIA.

## MONOGYNIA.

*Pag. 108. post n. 256. inseratur:*

### ALOE.

747. ALOE *spicata* floribus spicatis horizontalibus campanulatis, foliis caulinis planis amplexicaulibus dentatis. *Suppl. pl.* 205. [*Thunb. act. lund.* 1 *p.* 112.]

LOC. Promontorium bonæ spei.

OBS. Ex hujus succo optima Gummi-Resina ALOES paratur, e reliquis speciebus vilior.



CLASSIS VIII.

# OCTANDRIA.

## MONOGYNIA.

*Pag. 114. ad fin. n. 271. addatur:*

[OBS. Alia et ab Amyride diversissima stirps, quæ *Balsamum Mechanum verum* fundere dicitur, a Turca quodam ex agro Meccensi allata, opera viror. cll. *Reineggs*, *Hacquet* et *Gleditsch* nuper innotuit, *BALSAMEA meccanensis Gled.* dicta, cui *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-pet. æqualis, rubra. *Stam.* 10. longa calyci inserta. *Pist.* 1. superum, *styl.* 1. *stigm.* obtus. *Fol.* bipinnata: foliolis lanceolatis. *Schriften der berliner Ges. naturf. Freunde vol.* 3. *p.* 127. *sqq.*]

CLASSIS X.

# DECANDRIA.

## *MONOGYNIA.*

*Pag. 126 n. 298. del. annotatio.*
*Pag. ead. post n. 298. inseratur:*

### MYROXYLON.

654. MYROXYLON *Peruifera. Suppl. pl.* 233.
Hoitziloxitl. *Hern. mex.* 51. *c. fig.*
Cabureiba. *Pis. bras.* 57. 119.
LOC. *et rel. vid. p.* 268. *ubi del. syn. Aubletii.*

*Pag. 130. add.*

309. QVASSIA *amara* foliis impari - pinnatis: foliolis oppositis sessilibus, petiolo articulato alato, floribus racemosis. *Amœn.* 6. *t.* 429. *flores, non folia). Suppl. pl.* 235.
Nux americana &c. *deleatur.*

310. QVASSIA *Simaruba* floribus monoïcis, foliis abrupte pinnatis: foliolis alternis subpetiolatis, petiolo nudo, floribus paniculatis. *Suppl.* 234.

*Pag. 131. post n. 311. inseratur:*

### RHODODENDRON.

748. RHODODENDRON *Chrysanthum* foliis oblongis impunctatis supra scabris venosissimis, corolla rotata irregulari, gemma florifera tomentosa. *Suppl.* 237.
Rhododendron Chrysanthum. *Pallas it.* 3. *p.* 369. 729. *Tab. N. fig.* 1. 2. *Koelpin monogr.* 1779. *c. f.*
LOC. Dauuria. *Frutex, peregrinus.*
PH. RHOD. CHRYSANTHI Folia, *Decoctum.*
QVAL. VIS: fere Ledi 311. *Heroïca.*
VSVS: Arthritis! Rheumatismus.

CLAS-

CLASSIS XIII.

# POLYANDRIA.

## MONOGYNIA.

*Pag.* 155. *poſt* n. 371. *inſeratur:*

### MYRISTICA.

596. MYRISTICA *officinalis. Suppl.* 265.

Muſcadier. *Sonnerat voy. p.* 194. *tab.* 116 - 118.

LOC. *&c. vid. p.* 245.

OBS. [Myriſticæ Ind. orient. veræ *Rumphius* floſculos h. e. calyces attribuit coloratos tridentatos, mentione ſtaminum penitus intermiſſa; quæ igitur in floribus piſtillatis, ab eo deſcriptis, defuiſſe, ſaltim in nullo flore plurali numero obſervata eſſe videntur. *Herb. amb. p.* 14. Hac calycis, et notiſſima fructus fabrica, cum Indicis adeo ex aſſe conveniunt Myriſticæ Americæ meridionalis, teſtibus Cl. *Aublet* in *hiſt. des pl. de la Guiane p.* 906. et Ill. *Rottböll* in *act. litter. Hafn.* 1778. *p.* 282. ut omnes uterque ad unum idemque genus referendas eſſe judicaverit, in claſſe Dioecia locandum. Ill. quidem *Rottböll* in ſpecie a ſe, e *Rolandri* ſchedis ut videtur, deſcripta, unicum tantum ſtamen inventum eſſe, *Aubletius* contra ſex ſtamina in ſua ſe reperiſſe referunt, et alteri corolla eſt, quod alter calycem appellat: facile tamen hæc diſſenſio tolli poteſt. Nuperrime vero Cl. *Sonnerat*, et Cel. quoque *Linneus* Fil. calycem quinquefidum, petala quinque magna, et ſtamina plurima in eodem cum piſtillo flore, in ſuis ſpeciminibus

 vide-

viderunt, ideoque *Hic* Myristicam Polyandriæ accensuit. Quomodo autem hi cum Rumphio conciliari possint, penes Botanicos insulas Moluccas olim adituros judicium esto.].



## CLASSIS XVII.

# DIADELPHIA.

## *DECANDRIA.*

*Pag. 195. post n. 469. inseratur:*

748. PTEROCARPUS *Santalinus* foliis ternatis subrotundis retusis glaberrimis, petalis crenatis undulatis. *Suppl.* 318.
Santalum rubrum. *Bauh. pin.* 363.
LOC. Indiæ orientalis montes. *Arbor, peregrina.*
PH. SANTALI RUBRI Lignum.
QUAL. *Lign.* saturate rubrum venis atris, ponderosum.
VIS: tinctoria.
USUS:
COMP. Spec. et Conf. de Hyacinth. Empl. Santalin. Spec. diatrion Santal.
OBS. Succus dat speciem SANGUINIS DRACONIS, qualis a variis arborum speciebus, succum rubrum stillantibus, obtinetur; quæ nondum omnes notæ sunt.

CLAS-





CLASSIS XVIII.

# POLYADELPHIA.

## *POLYANDRIA.*

*Pag. 202. n. 491. nom. ſpecif. ita legatur:*

491. MELALEVCA *Leucadendra* polyadelpha, foliis alternis lanceolatis ſubfalcatis quinquenerviis, ſpica elongata. *Suppl.* 342.

*Pag. 203. poſt. n. 492. addatur:*

749. HYPERICVM *bacciferum* floribus pentagynis, corollis barbatis, calycibus lævibus, foliis ovatis, caule fruticoſo. *Suppl.* 344.

Hypericum baccatum. *Mant.* 2. *p.* 277. *Syſt. veg.* 582.

[Hypericum *guianenſe* foliis ovato-oblongis acuminatis, petalis extus luteis intus villoſis candicantibus, fructu quinqueloculari. *Aubl. guian.* 784. *tab.* 311].

Caa-opia. *Marcgr. braſ.* 96. *Piſ. braſ.* 61.

LOC. Surinamum. *Arbor.*

PH. GVTTAE GVMMI AMERICANVM. Gallis uſitatum.

QVAL. lutea.

VIS:

VSVS: Serpigo.

CLAS-



CLASSIS XIX.

# SYNGENESIA.

## *MONOGAMIA.*

*Pag. 222. n. 540. addatur:*

OBS. Lactescentes Campanaceæ et Contortæ fere omnes diureticæ et mundificantes præstantiores censentur Indis, ideoque contra Syphilitidem laudantur. *Suppl. p.* 393.

*In adnot. del.* ECHITES — Infusum.

*Pag. 223. n. 542. inseratur lin. 2.*

*Diss. de Ipecacuanha.*

*et post. lin. 6.*

Pombalia Ipecacuanha. *Vandell. fasc.* 1771. *p.* 7. *t.* 1.

*et lin. 9. ita legatur:*

PHARM. IPECACVANHAE ALBAE? Radix.

CLAS-

CLASSIS XX.

# GYNANDRIA.

## *HEXANDRIA.*

*Pag. 225. ante n. 546. inſeratur:*

750. ARISTOLOCHIA *trilobata* foliis trilobis, caule volubili, floribus maximis. *Sp. pl.* 1361. *Iacq. obſ.* 1. *p.* 8. *t.* 3. *Berg. mat.* 448.

Ariſtolochia fol. hederaceo trifido, maximo flore, rad. repente. *Barr. æqu.* 16.

LOC. America meridionalis. *Frutex.*

PH. ARIST. TRILOBATAE Stipites.

QVAL. aromatica, amaricans, *diu durans.*

VIS: alexiteria, ſudorifera.

VSVS: Morſura ſerpentum, Febres.

CLASSIS XXI.

# MONOECIA.

## ADELPHIA.

*Pag. 236. n. 574. adnotationi addatur:*

[Croton Benzoë nunc in *Suppl. p.* 431. *Terminalia Benzoin* foliis lanceolatis, appellatur, eiusque cortex cortici arboris benzoiniferæ veræ, a Cel. *Thunbergio* una cum ligno in Sueciam advecto, valde ſimilis eſſe dicitur].

*Pag. 237. poſt n. 578. inſeratur:*

661. IATROPHA? *elaſtica* foliis ternatis ellipticis integerrimis ſubtus canis longe petiolatis. *Suppl.* 422.

Hevea &c. *vid. p.* 271. *n.* 661.

OBS. Structura fructus oſtendit adfinitatem cum Iatrophis proximam. Ficus indica, Cecropia peltata aliæque Americæ meridionalis arbores etiam dant ſuccum elaſticum ejusdem utilitatis. *Ibid.*





CLASSIS XXIII.

# POLYGAMIA.

## *MONOECIA.*

*Pag. 254. n. 619. addatur:*

619. MIMOSA *Catechu* ſpinis ſtipularibus, foliis bipinnatis multijugis: glandulis partialium ſolitariis, ſpicis axillaribus geminis ternisve pedunculatis. *Suppl.* 439.

*Kerr p.* 151.

OBS. Ex hac CATECHV Terra paratur, non ex Areca Catechu.

## *DIOECIA.*

*Pag. 255. poſt n. 621. inſeratur:*

### DIOSPYROS.

387. DIOSPYROS *Ebenum* glaberrima, foliis oblongis utrinque glaberrimis coriaceis venoſo-reticulatis, floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus. *Suppl.* 440.

LOC. Indiæ orientalis ſilvæ vaſtæ. *Arbor, peregrina.*

PHARM. EBENI Lignum.

QVAL. *&c. vid. p.* 161. *n.* 387. *lin.* 1-3. *delendæ ſunt.*

APPEN-



# APPENDIX.

## PALMAE.

*Pag. 267. ante n. 649. inferatur:*

### COCOS.

751. COCOS *butyracea* inermis, frondibus pinnatis: foliolis fimplicibus. *Suppl.* 454.

Pindova. *Pif. braf.* 62. *c. fig.*

LOC. America meridionalis.

PHARM. PALMAE Oleum.

QVAL. febacea.

VIS: emolliens.

VSVS: Pernio. [Durities ventris.]

OBS. Non folum ex hac, fed etiam ex aliis Palmarum fpeciebus fimile oleum butyraceum paratur; ut e *Coco nucifera*, *Elaïde guineenfi* aliisque. Conf. *Aubl. guian. app. p.* 96. *fqq.*